Sed cùm vididi sem quod non recte pede incedunt ad veritatem euangelij. Tex. incederent, ut in vulgata *καὶ οὐκέτι ἀπέστειλεν μανίαν* est in Graeco, pro *ἀπέστειλεν*. Vulgata vbique sibi constans, incedenter, legit aliter lectio nec sensum, nec Grammatices sequitur regulam.

Non mihi gratus Christus est mortuus: In quo frustra credidi, spūtanti ab igne fide eius in veteri lege saluari. Si potius, nostrorum codicum lectio melior.

Omnis caro sensum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Tex. Emendauimus, quasi flos sensu: vt est in Lxx. Esa. 41. *καὶ αὐτὸς καὶ τὸν* codicum suffragio: Qui Hieronymi confunduntur ignorabant, quod Lxx. scilicet, non sicut ille citaret editionem, ex vulgata locum mutarunt: Quia in re sepe ab huiusmodi impeditis peccatum est.

Alind est per legem mori, aliud legi mori. Non legi mori, vivebat ei antequam moreretur. Tex. Corrimus, Qui enim legi mori. Masculino enim genere preferenda sententia est, vnde sequitur, per Euangelicam legem legi pristinæ mortuus est.

Cap. III.

O inconfessi Galate, quis vos fascinavit non credere veritati? Tex. Hæc verba, non credere veritati, scribit in commentario, à se omnissima, propterea quod in Origenis exemplatibus non inveniuntur. Legitur, in quibus in quibusdam codicibus: quis vos fascinavit non credere veritati? Sed hoc quia in exemplatibus Adamantij non habetur, omisimus. Ascensit hoc ipsum clarissim in infra, dum exponit ea capitis quinti verba. Curtebat bene: quis vos impediuit veritati non obedire? scribens. Id quod nunc Latinus poluit interpres: veritati non obedire, & in Graeco scriptum est:

μάνηστα μὲν πολλὴς οὐαὶ in superiori loco ita interpretatus est, non credere veritati. Quod quidem nos in vetustis codicibus, non haberi, in suo loco annotauimus. Liceat & Graeca exemplaria hoc errore confusa sint. Lectio ergo Hieronymi est: O inconfessi Galate, quis vos fascinavit? Verba enim quæ sequuntur, non credere veritati, deerant apud eum: Propterea inducta ea a nobis esse nemo miretur: quamus in Græcis Latinisque codicibus inueniri non ignoremus: Inducta funteriam à Hieronymo, quamus si tempore in Græcis quoque quibusdam exemplaribus inuenirentur.

*Iustus autem ex fide mea vinit.] Viuet legendum est. Sic enim habetur Habac. 2. tam Hebraicē quam Græcē apud Lxx. qui legunt *ζεύς*. De eo autem, ex fide mea, vel ex fide eius, diximus in Annotationibus super Habacuc.*

Quod ostenderit Israel in legis opere manum suam, & ex propheetarum, & ipsius Saluatoris pollutam cruentem contraxerit.] Corrimus, subtrahere, sicut superius dixerat: deinceps illo manu intruscus terrena loquitur de Zara, mystice interpretans quid sit quod obstricta coccinum in illius manu ligauerit, & ille deinde manum retraxerit. Historia habetur Gen. 38.

Cum etiam per Angelos, qui in hominibus sunt, loquatur Deus in Propheta, dicente Aggeo. Et ait Angelus qui loquebatur in me, accepimus inforrente: Hec dicit Dominus omnipotens.] Corrimus ad finem antiquorum codicium dicente Zacharia. In Zacharia enim cap. 2. penes Lxx. ita legitur. In Aggeo autem nufquam.

Meditator autem unus non est.] Tex. corrimus, viuis non est, ex vulgata editione, ipsoque Graeco codice.

Cap. IV.

Deus iudicium tuum regi da, & potentiam tuam filio regi.] Corrimus, cunctis codicibus, & editionibus adiuuantibus: Et iustitia tuam filio regi. Psal. 71.

Vt vorum fedes inuidiam, qui catechisati de eo fuerant, quod contra legem Moysi, & Deum faceret prophetarum.] Corrimus ad exemplarium fidem, qui cauſati de eo fuerant.

Apostolus enim his quos fuisse dixerat, quos parvulos appellaverat, hanc sententiam temporauit, & specialem fecit, dum propriè ad personas, Galatas 4. dixerit.] Pro dixerit, direxit, corrimus codicum opus.

Obsequium enim, quo putauit amicos fieri veritatis dempta, non tam obsequium est, quam adulatio & afflictionem clandestinas magis inimicitias, quam amicitias dici debere, perspicuum est. Sic aliole legebatur anteac corrimus: Non tam obsequium est, & afflictio: quia clandestinas magis inimicitias dici debere, perspicuum est. Minutora quadam alia hoc in capite emendauimus. Ut videntur, pto viuet, ibi. Ismael autem viuat in conspectu tuo: vocem, nisi, in illo testimonio addentes. Quando veni ad vos, non veni in sermone sapientiaz: sed homo humili, atque contemptus, nihil magnus deferens nisi crucifixum. Et familia.

Cap. V.

*Sed circumcidamini, Christus vobis nihil prodest.] Vulgata editio constanter cunctis exemplaribus tam impressis quam manu scriptis legit, nihil prodest: similiter & Græcus codex legit *στήνεσθε*. Hieronymus in commentario quinques, hoc est, vicinque locum citat, legit, nihil prodest: Lectio enim, ab exemplaribus Hieronymianis de istius mutare aucti non sumus. Ita enim forte ipse legebat.*

Nam quod ait: Si circumcidamini: tale est quasi dicere voluisset, si circumcidamini. In epita protus, ac eadem replicatio: Corrimus, Florentini, Brixianis, quod codicibus opitulantes. Tale est, quod dicitur, dicere voluisset, si carne circumcidamini. Statim quoq; Deo pro Dei subtilium us, ibi. Nos enim fumus circumciditi, qui spiritu Deo seruimus. Philip. 3.

*Perdit ergo gratiam Christi, & Euangelium, quod tenuerat, amittit, qui in aliqua observatione legis iustificari putat: & cum gratiam amittere, à Christi deitatem, & in eius opere non conquiscat.] Corrimus, & in eius opere conquiescit, id est, ab eius opere celata: exponit enim scriptum statim, dum ait *τίποτες δέ τις εἰσερχεται, νον ειναι Λατινο μαλε interpretatum est: Euacuati est à Christo, sed in Christi opere celata. Alioquin sensus protus contrarius. Brixiani nos codices monuerunt.**

Quod si cesset dilectio, & non sis charitas, per quam lex universa complebitur, publicum quadratum inter homines latrocinium erit, ut contra ieiunicem deferentes, sed mordentes, coniungantur ab ieiunicem.] Corrimus, codicum manuscriptorum suffragio deferentes.

Et inter oī Euangeli benedictiones.] Corrimus, beatitudines, exemplarium opus.

Cap. VI.

Qui autem infirmus est, holsus manducet.] Corrimus, manducat, ex vulgata editione Rom. 8.

Hic qui circumcidit Galatas volebant, disseminauerunt alia Paulum facere, alia predicare, & suo opere desiderare sermonem.] Corrimus, & suum opere detruiere sermonem.

Hic igitur percutientes hi qui Galatas depravauerant, declinare cupiebas, circumcisorem pro defensione discipulis perjuadebat: quam nunc Apostolus confidentiam in carne vocat: quod scilicet tam gentibus, quas

bis, quos timebant, quam Iudei, quibus volebant placere, circumcisus in persecutione proponerent: Nam nec Iudei per equos poterant nec Gentiles: quos volebant & profelytos circumcidere, & ipsos leges precepta ferre.] Correximus, ad fidem manuscriptorum codicium: quos videbant & profelytos circumcidere: sensus est: Circumcisus nec Gentiles, nec Iudei persequi poterant: Iudei, quia videbant profelytos circumcidere. Alioqui legendum fuisse, qui videbant. Manuscripti codices suppetas mihi rulerunt.

IN EPISTOLAM AD EPHESIOS.

Cap. I.

NEC putandum, quod in Latinis codicibus habetur, scriptum esse, in dilecto filio suo: sed simpliciter, in dilecto: Et siquidem est additum, dilecto Dei, vel dilecto patris, est simplex intelligentia, & omnium opinione vulgata, quod dominus noster Iesus Christus diligenter a patre: sed magnum aliquip proprietati filii concederemus, cum sic filius diligetur, ut cetera.] Quis non videat hic mundum subesse, profiliique contrarium Hieronymi sensu eius sententiam: Correximus codicem ope: Sed non magnum aliquip proprietati filii concederemus: cum sic filius diligetur ut cetera.

Cap. II.

Faciens voluntatem carnis, & cogitationum.] Text. Sic habet vulgata editio: Hieronymus tamen, mentium, legit non cogitationum, quod est Graecē *αγράσθιον*. Facientes inquieti, non vnam voluntatem carnis, sed plures: & non solum voluntates carnis, sed etiam mentium: pro quo in Latinis codicibus habetur, cogitationum. Inter peccatum autem carnis, & mentium, hoc est puto: quod carnis peccatum est impudicitia, aqua luxuria: & ea quae per ministerium eius in libidinibus expletur. Mentis vero delictum ad dogmata periret contra veritatem, & hereticā prauitatem. Infra quoque id ipsum multis replicat. Correximus ergo, ipsum secutus Hieronymum, mentium.

Cap. III.

Propter eum curio genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in celis & in terra nominatur.] Text. Hieronymus non habet ea verba: domini nostri Iesu Christi: legit autem hoc modo. Propterea curio genua mea ad patrem, ex quo omnis paternitas in celis & in terra nominatur. Ait enim in commentario. Porro quod sequitur, ad patrem, ex quo omnis paternitas in celis & in terra nominatur: non vt in Latinis codicibus additum est: ad patrem domini nostri Iesu Christi: sed simpliciter, ad patrem, legendum: Ut Dei patris nomen, non domino nostro Iesu Christo, sed omnib[us] creaturis rationalibus cooperetur. Locum ergo ad Hieronymi mente emendauius.

Ceterum mecum ipse per tradidit, ubi de gentium paternitatum vocabulū legimus, nunc inter alium non innueni, nisi vicefimi primi psalmi testimonium, in quo scriptum est. Et adorabunt in confessu eius omnes patri getum: Et in agnōto quinto, & vicefimo octavo. Afferte domino arietem: afferte domino gloriam, & honorem: Afferte domino filios arietum.] In vicefimo octavo psalmo, nulla de patris intentio fit. Propterea cancellata nobis sunt ea verba, & in vicefimo octavo, vna cum illo psalmo versu. Aftertere domino filios arietum: Imperitus aliquis ea immiscerit, πατειαί est in Graecō.

Tunc implatur in omnibus plenitudine Dei: In omni plenitudine Dei: vel potius, vt in vulgata legendum: In omnem plenitudinem Dei, quod est Graecē: οὐ πατειαί πατειαί, & ita nos emendauius.

Cap. IV.

Hieremias quoq[ue], in secundo alphabeto testatur, dicens: Vt humiliari, sub pedibus, usi omnes vincit terrena.] Correximus, in tertio alphabeto. Invenitur enim hoc testimonium Threnorum capite tertio: quod caput tertium, tertium quoq[ue] est alphabetum: Primo enim lamentationum capite, primum, secundo secundum, tertio tertium, quartum, quod & vltimum est, alphabetum Hebraicē comprehendetur. Quadruplici enim alphabeto ruitam viris Hierosolymitanis Hieremias fecit.

In fallacia hominum in inequitate, ad circumventionis errorem.] Correximus, ex ipsorum codice: Ad circumventionem erroris. Arbitror itaq[ue] de prioritate nunc dictum: & nobis quaq[ue] hominibus esse concessum, ut in dignis aliquibus rei faciem mouemur: tranquillitatem, mentis, velut lénis quedam aura conturbet: nequaquam tamen intumescit gurgitis furoris impetu subleuemur.] Correximus, ad fidem manuscriptorum codicium: Nequaquam tamen intumescit gurgites, furoris impetu subleuemur.

Occidit super prophetas nostros.] Emendauius, occide ex 8. cap. Amos prophetæ, cuius hæc verba sunt.

EX PROOEMIO IN TERTIVM LIBRVM.

Quis sapiens, & intelligit hac: prudens, & agnoscit ista.] Emendauius, intelligit, agnoscet. Futurum enim tempus habent editores omnes. Oferat 14.

Tychicus enim silens interpretatur.] Ideo forte dicit Tychicum silentem interpretari, quod est Hebreice γῆρας: quia Psal. 50. γῆρας αὔρα sue incerta, & Job 38. viscera significet: in quam sententiā am facit, quod τύχη crustis obducere nocte Leuit. 14. & 1. Parali. 29. quod est Ezecl. 13. linere, alioqui τύχης Graecē fortuitum, seu qui cau euenerit, signat.

Cap. V.

Benedictus Deus: minor a nescio sustinere, quam mereor.] Correximus, minora me scio sustinere, quam mereor: & infra, charitati pro charitate, in eo versu. Quia magis vicina est charitati. Et inferius, lactantibus pro lactentibus, in eo versu. Vt, inquirat saluator, pragnantibus, & lactantibus in die illa, quod est Graecē θηλαζός. Luke 2.1. & Marth. 2.4. Quo in loco nos habemus, nutriti.

Ips[us] est saluator corporis.] Quoniam propinquior atque inferior est substantia Christi à natura ecclesie, propter eam corporis Christi a simo nominatam.] Correximus, codicem ope: Quoniam propinquior atque inferior est à substantia Christi natura ecclesie. Corpus enim capite infelix est, illique propinquum: & non contra.

Cap. V. I.

Si genuerit vir centum filios, & annos plures vixerit, & multi fuerint dies annorum eius.] Vox, filios, debeat antea: verba sunt Ecclesiastis capite sexto.

Et quod in carbonam pro peccato virgo vel vidua, vel totam substantiam suam effundens, quilibet pauper obtulerat: hoc in Calendariam brevem & Saturnaliam florulam, & Minerale munus, grammaticus, & orator: aut in iunctus domesticos, aut in templis, aut in fordia corta convertit.] Correximus, aut in iunctus domesticos templi itipes: quo modo corrugendum est etiam in Gratianus C. Legunt. Dist. 37. Sensus est, aut in usus domesticos, aut in fordia corta, seu turpe lucrum, ut Gratianus legit. Presbyteros templi itipes, hoc est, quod templo donatum est, contertere.

Fidelis autem Deus, qui non permittit vos tentari supra id quod potestis.] Correximus, permittit ex 1. Cor. 10.

Hac autem omnium doctrinam opinionem est: quod aer iste, qui calum & terram medius dividens, inanē appellatur, plenus sit contraria fortitudinibus.] Vagari demones per hunc aerem ad tentandos homines, lupi & cap. 2: his verbis clarus aperit. Princeps quippe actis, & spiritus potestatis, qui in aere isto est, diabolus intelligitur: qui nuna operatur in filiis diffidentiae. In his enim, qui domino credunt, non potest operari. De quo & infra ait. Non est nobis pugna aduersus carnem, & sanguinem: sed aduersus principatus, & potestates, aduersus rectores tenebrarum istarum, aduersus spiritualia nequitia in coelestibus. Non quod diabolus & satellites eius, qui per inmundum istum vagantes peccata hominibus insinuant, in celo verari queant: de quo ob sua misera coruerunt: sed calum dicitur aer iste, qui super nos est, iuxta illud Saluatoris eloquium, confidate volatilia cari, &c. Qyamuis autem demones aliqui, ex inferno ad tentandos homines egredi, versentur in aere (qui tenebrosum & caligine plenus ad hoc ipsum illis debetur) habent tamen secum, quo unque perirent, inferni penas: quippe cū infernum ob sua demerita proprius eorum locus, & carcer sit: Sicut & bonis angelis non diminuitur gloria: propterea quod in ministerium, & auxilium ē celo ad nos mittantur: si quidem scriptum est. Angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui in celis est. Hoc autem euenerit usque ad diem iudicij, post illud enim tempus tam boni angeli omnes in celo quam cuncti mali in inferno in perpetuum erunt: Et hoc modo exponentus est D. Hieronymus, quando alibi sub iudicij diem, demones ex aere in infernum (ad perpetuum scilicet mansum) detinendos afferit: sicut verisimile doctissimeque hoc ipsum in Augustino interpretatur. Catholica veritas afferit, & orthodoxe fidei acriminis propugnat Diuus Thomas in prima parte summ. q. 6. art. 4. & alibi multis in locis: prater quod receptum penes Theologos est, vñque ad illum diem, p[ro]nam, quam accidentalem vocant, ob mala, qua quotidie operantur, demonibus augeri: vt satis hoc ipsum constare potest ex eodem Diu[us] Thoma, super quartum librum sententiarum distinet. 50. & alij in locis. Hunc autem præcipuum ecclesie doctorum, Pij V. Pontificis Optimi Maximi mandato, Illusterrimus Cardinalis Vincentius Lusitanus D. Dominici ordinis Primas: Et eruditissimus simul, ac nunquam satis laudatus, F. Thomas Marriages, facti Palatii magister, qui in refutando Hieronymo prius manu impulsu, & lepe operis pondere fatigatam subleuauit animarumque, omni ex parte emendatissimum, integrum.

Rome impresum, magna Catholicorum omnium utilitate, super Christi Ecclesiæ reddidere-

runt,

IN EPISTOLAM AD TITVM.

C A P . I.

AT nunc cernimus plurimos hanc rem beneficium facere: ut non querant eos in Ecclesia columnas erigere: quos plus cognoscant Ecclesia prodefit: sed quos vel ipsi amant. Ita ex Gratiano 8. q. cap. Moyses, hunc locum restituimus. Antiqua enim lectio erat: Vt non querant eos, qui possunt Ecclesia plus prodefit, & in Ecclesia erigere columnas: sed quos vel ipsi amant.

Cum autem nequam filius in una tecum communicat domo] Magis placuit quorundam codicum lectio: in una tecum coniuvat domo.

Et à vino abstineret, & ab uina passa, & à dilutoriis, quae soles ex vienae, fieri potione: omnia sciera, quae mentem ab integra sanitate peruerit.] Correximus, & à deliciori.

Corrumpt more bonos colloquia mala.] Clemens Alexandrinus primo Stromatum libro, scribit Paulum Iambotragico ut, dum dicit φερετον οντον γενονται τεινα γραπτα. In eundem sensum Iambum esse ex Menandri comediam sumpturnum Hieronymus scribit. Constat similiter ex Arati Phaenomenis sumpturnum, quod Act. 17. similiter Paulus vñspurpat, dum ait: Sicut & quidam vñfatorum poetarum dixerunt: Ipsi enim & genus sumus: Ερωτησον θεον, inquit, Aratus: Illud autem, ρητης αιδης ηλητης οντος, ηλητης ηλητης: quod est Latin: Cretenes semper mendaces, male bestiae, ventres pigri: Epimenidis poeta est, à Calimacho quoque vñspurpat eruditus Hieronymus scribit. Aram autem εγένετο οντος, hoc est, Ignoto Deo, ab Atheniensibus cretam, non solum ex Actis Apostolorum, verum etiam ex Diogeni Lætatio in vita Epimenidis diserte appetit. Diogenis autem verba sunt hæc. Vnde & Athenenses cum aliquando peste laborarent, responsa à Pythia accepto, verbum expatrii portarent, Niciam Nicerati filium naui misere, Epimenidenque ex Creta adiucarunt. Profectus autem Olympiade XXVII. lustrauit verbum, pestemque compescuit hoc modo. Sumpit oues nigro, & candido vellore, duxique in Arium pagum, arque inde quo vellent, abiit per misit: his qui illas sequebantur mandans, ubiunque illæ accubuerint, singulis mactarent peculiarum cuiamque Deo: Atque in hunc modum quieuit lues. Ex eo iam hodieque per Atheniensem pagos, aras sine nomine inueniunt certum est, in ciuis, qua tum facta est expiationis memoriam. Non tamen propterea falsum est quod Hieronymus prodit, dicendum: Aram feliciter cretam fuisse cum hac inscriptione. Dijis Afra, & Europa, & Aphrica: Dijis ignoris, & peregrinis. Cöltat quippe ex eo, ignotis & peregrinis Dijis arias ita ita: alteramq; inscriptionem alteram expone potius, quam destruere: præferim cum ex multis aries, quas multas uisus constat ex Diogene, vna primo, altera secundo modo inscribi potuerit.

Cap. II.

Itan euilla erubet etiam secretum cubile.] Hoc est, ita liberis procreandis honeste ac pudice operam naue, vt nec in ipso quidem cubili turpe aliquid agat, propter ea illud erubefat: Olim, erubefat. Quamuis fini qui magis per affirmationem legi debere autem, in huc modum. Ita illa erubefat etiam secretum cubile: Hoc est, si Deus ante oculos semper habebit, erubefat etiam in secreto cubili aliquid in honorenum, ac imputide agere.

Possimus & pudicitiam & incorruptionem, & in doctrina integratate interpretari. [Melior lectio, quam nos restituimus. Possimus & pudicitiam incorruptionem etiam in doctrina integratate interpretari. Supra quoque restituimus illum locum. Verbum autem domini blasphematur, vel cum contemnitur Dei prima sententia, & pro nibilo ducitur, vel cum Christi infamatur euangeliū, & cetera. Confer loca, & quam recte sint emendata, cognovimus.

Et cumdum populum, cui president, conuersatione, sermone, ac scientia precedant. Ita ex Gratiano VII. q. 1. cap. qualis, restituimus: In quo ultra auditos, quos custodes adiun ipse vocat, sit mentionem eiām de acolythis.

Cap. III.

Vniuersitas nos in vitam aeternam.] Cuncta manucripta apud me exemplaria, legunt: iustificavit: quod verbum magis conuenit telionio illi, quod exponit: Vt iustificati illius gratia, hæres efficiamur secundum spem vite aeterna.

Vnde & nobis cursu sicut omnes veteris legi libros, quos vir doctus Adamantius in exempla digerat, de Caesariensi Bibliotheca descriptos, ex ipsis authenticis emendare.] Correximus, in exempla digerat. Sic enim vocavit Origenes laborem suum, in quo sex veteris instrumenti editiones, columnis inter se separatas, in unum volumen colligit, hoc est, editiones, LXX. Aquile, Symmachus, Theodotionis. Itemque quintam, & sextam, in dolis repertas: ut alibi ex Ephiphano me scriptis memini.

Inter hæresim, & schismata hoc esse arbitramur, quod hæresim peruersum dogma habeat: schisma propter episcopalem dissensionem de ecclesia pariter separat: quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi posset diuersum. Ceterum nullum schisma non sibi aliquam consingit hæresim, ut recte ab ecclesia recessisse videatur. Ita ex Gratiano cap. inter-

24. q. 3. & ex manucriptis codicibus locum restituimus. Antea, interpretantur, & pro pariter separant, separantur: & vox, dies sum debeat.

Omnia vestra in fide sicut.] Correximus, ad sensum ipsius Hieronymi, loquunt enim de charitate, & ad fidem vulgariter editionis cum Graecæ, tum Latine. Omnia vestra in charitate sicut. Locus est. Cor. 16. Vnde & subdit. Diligite inimicos vestros, &c.

IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM.

EX PROOEMIO.

QVI nolunt inter epistolas Pauli recipere, que ad Philemonem scribuntur, autem &c.] Correximus, ad fidem Florentinorum codicibus, Qui volunt. Rationes enim, quas subiungunt, sunt pro illo, qui volunt hanc epistolam recipere, ut Pauli epistolam, non pro illo qui contrarium asserbant.

Excepto domino nostro Iesu Christo, in illo sanctum spiritum remansisse.] Correximus, permanuisse, ex cunctis codicibus, & exemplo euangelio Ioannis, quod statim citat: Ut super quem vidisset spiritum ianctum descendenter, & manente in eo, ipsum esse cognoscere.

Afficeret se refugari spiritum sanctum, si corpusculi paulispernecessitatem seruitamus.] Correximus, Afficeret fugari spiritum sanctum.

Si autem bruitus habetur contemptus: contemnatur Abdias, Nahum, Sophonias, & aliud decim propheta.] Correximus & aliud decim prophatarum, ex Brixia codicibus: alioqui prater hos tres, duodecim viderentur esse minores prophetæ: cum tamen non sint omnes, nisi XII.

Cap. I.

Et filii Zebedai: בְּנֵי יְהוָה hoc est filii tonitruis vocarentur.] Correximus ex euangelio Luce cap. 3. בְּנֵי רַבָּא, quod est Graece Βαρενῆται, Boanerges. Syriaca enim vox est, non Hebraica, utrare superius scripimus.

Gratias, inquietus, ago Deo semper, memoriam tu faciens: in orationibus meis. Ambigue vero dictum, utrum gratias agat Deus suo semper, an memoriam eius facias in orationibus suis semper.] Ita locum restituimus. Antiqua enim lectio erat Gratias, inquietus, ago, & memoriam tu faciens in orationibus meis.

Sit talis quoque, qui & opus habent, & scientiam: sed non omnis agitionem habet boni. [Vocem agitionem, moniti ad exemplaribus nos reponimus: necessaria enim erat: exponit enim illa verba. Ut communicatione fidei sua evidens fiat in agitione omnis boni.

One simus seruus Philemonis, fuga furto cumulans, quædam rei domestica compilavas.] Correximus, fuga furto cumulans.

Iam non quasi à domino, sed quasi à conseruo, & eo euangelista, ignoscet eti.] Correximus, & coeuangelista. Ut enim conseruo, ita & coeuangelista appellat Brixia suppetias tulit.

Ioseph fratres, sui zeli stimulis incitati, Iosakelitis virginis auris vendiderunt. Ita legum LXX. Genes. 37. hoc est, ἐγκόρων. Alioquin secundum Hebraicam veritatem virginis argenteis legendis est, ipse Hieronymus Matt. 26. afflens iustum non fuire, vt plus venderetur seruus quam dominus.

Non custodiam diuinius fuisse Apóstolum, & tantis sarcina occupatum, ut de preparando ageres hospitio, & non una contenus cellula, breue corporis suis spacio, ades amplissimas existimat.] Error conspicuus, & biblii explaudendus. Correximus ergo ad fidem meliorum codicibus: ut preparato ageres hospitio, & non una contenus cellula, breues corporis suis spacio ades, amplissimas existimat, hoc est, etiam breuissimas & angustissimas ades existimat amplissimas sui corporis spacio.

Sed ut dum eum pœnas Philemon ad se esse venturum, magis facias quod rogatus es.] Correximus, sed ut dum eum expectat Philemon. Infra quoque, biennium, pro biennio, orbem pro ore, ostenditur, pro ostendit, substitutus.

FINIS ANNOTATIONVM.